



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 50. Cæsaris responsum ad falsas Hungarorum accusationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. A. C. 1620. *suffragari*, cum Gaboris Zelum, di-  
ctumque foedus immodice deprædi-  
casset, atque exemplo Salomonis, &  
& Hyrami Regum confirmari non eru-  
buisset: Ita nempe hi Nebulones Dei  
Verbo ad suas impietates abuti non  
reformidabant. Ceterum hæc pacta die  
vigesima quinta Aprilis Pragæ solemnii  
juramento, seu potius perjurio firma-  
ta fuere.

## §. L.

*Cæsaris responsum ad falsas Hunga-  
rorum accusationes.**Bellus l. c.*

Postquam vero Cæsaris Legati teme-  
rarias Hungarorum propositiones  
Viennæ exhibuerant, Ferdinandus pa-  
terna potius clementia, quam regia  
auctoritate hæc eisdem responderi jus-  
sit: „Miror vehementer, qua ratione  
„Hungarorum Procerum nonnulli sine  
„omni caussa odium in me conceperint,  
„cum tamen horum neminem offende-  
„rim, nec illorum libertatem infringe-  
„re, unquam intenderim, sed potius  
„mea gratia illis liberaliter sæpiusque  
„oblata, me quoque eorum gravamina  
„pro posse sublaturum, spoponderim,  
„nilque magis cordi habuerim, quam  
„Majorum more pacem & concordiam  
„in universo Regno propagare, illud-  
„que

„que a jurato Christianæ Reipublicæ Sæc. XVII.  
 „hoste tueri: taceo cetera vobis præ- A.C. 1620.  
 „stita beneficia, grato autem animo  
 „recollite, quam paterna sollicitudine  
 „Austriaca Domus, & præcipue Ca-  
 „rolus V. & Ferdinandus I. Hungariæ  
 „Regnum adversus Turcicos insultus,  
 „non sine proprio ditionum, sanguinis,  
 „honoris & bonorum dispendio defen-  
 „derint, quorum exemplum omni data  
 „occasione sequi, vosque usque ad po-  
 „stremam sanguinis guttam tueri para-  
 „tus sum: quocirca ut deinceps Chri-  
 „stiani cruoris profusio, aliaque mala,  
 „in quæ vos pacis osiores inducere ten-  
 „tant, præpediantur, ad pristinum ob-  
 „sequium reverti festinate., Verum  
 hæc Cæsaris monita nihil profecere a-  
 pud Calvini asseclas, quos sua secta  
 dominationis præsertim Austriacæ im-  
 patientes reddidit, & nescio, quam ef-  
 frænem magis impietatem audaciam-  
 que sanguinariam suis cultoribus in-  
 spiravit.

## §. LI.

*Induciæ Cæsarem inter & Hunga-  
ros pactæ.*

In iisdem Comitibus Gabriel Bethlenius *Brachel.*  
 sui nequaquam oblitus, apud Hun- *Hist. l. I.*  
 garæ Proceres tantum effecerat, ut *Merc. Gal-*  
 ut *lob. tom. 13.*  
 N n 3 *inte-l. I. q. 211.*